

1125

D O G M A T I C I

1126

pro homines ad examen. Ibi erit gaudium pro eritque gaudium. Quae Codex aperte peccat, non adnotavi. Ad calcem manus Sec. XIII. superstitiosam hanc Formulam adiecit: *Ansa. amen. hos. Theos. vsyon. Elion. generasivs. liberasivs. Alpha. et ω. sis pax et deffensio. hvic famulo dei. ab omni incurfione diaboli et nunc et femper amen. Deus pax. Jefvs remedium. chriftvs uita.*

Vestiendae utrique Codicis interiori Thecae immolata est *Aeneis Virgilii* pariter Sec. XII. exarata, glossis adspersa, et probissimae lectionis, *Liber* quidem III. a v. 691. *Litora Achemenides* usque ad L. IV. v. 4. et deinceps plura ejusdem L. fragmina per duas columnas scripta.

CCCCLVIII.

R. 3117 Codex membraneus lat. Seci XII. Folior. 70. 4. Textu luculente, Commentariis marginum minute, sed nitide exaratis, minio distinctus, et olim *Monasterij S. dorothee in Vienna* continet I. *An. Manl. Sev. Boethii* Opuscula Theologica, quorum primum *De Sancta Trinitate*, init: *Inuestigatam diutissime questionem &c.* alterum *Ad iohannem diaconum ut-*

Editio Lugd. 1671.

Pag. 289. *eatenus confitetur fides.*
290. *ordo necessarius postularit.*
291. *paradisi delitiis constituit.*

rum pater et filius et spiritus sanctus de diuinitate substantialiter predicentur. Ita: Quero utrum pater et filius &c. tertium Ad eundem. quomodo substantie in eo quod sint, bone sint, cum non sint substantialia bona. Ita: Postulas ut ex ebdomadibus nostris &c. Atque huic Opusculo fol. 14. continuo absque omni titulo adnexa est *Brevis illa Fidei Complexio* jam *Tritbemio* memorata, quae incipit: *Christianam fidem noui ac ueteris testamenti pandit auctoritas &c.* et de qua infra plura. Quartum denique *Contra euticen et nestorium ad iohannem diaconum.* Ita: *Anxiete quidem diuque sustinui &c.* Specimen lectionis horum Opusculorum cepi e collatione cum *Edit. Ren. Vallini Lugd. Bat. 1671.* neque plane ad hujus perfectionem affurgere comperi. Interim in exordio primi Codicem melius legere puto: *ut contumeliam uidear — projeceram, quam videatur — projecerit.* Textum Glossae et Scholia eadem ambiunt, de quibus ad sequentem Codicem dicam. Sola *Fidei Complexio* iis caret, quae, ubi ab *Edit.* abeat, hic indicabo, pluribus differentiis, in quibus hic Codex cum sequenti convenit, illuc reservatis:

Codex noster.

Fides omiffa.
postulat.
paradisi delitiis possessorem constituit.

A 3

Pag.

Pag. 293. *repromissionis largitione.*

294. *per eam civitatem.*

primus ex gentibus.

jacebat in mortem.

primo viro suaserat.

295. *elegit duodecim discipulos.*

ut prædicatio salutaris non jam in una tantum gente, sed orbi terrarum prædicaretur.

296. *nisi poenæ submitteret.*

repromissione largitionis.

ad eam civitatem.

primus ex gentilibus.

jacebat in morte.

prima uiro suaserat.

elegit XII. apostolos.

ut credentibus uia ostenderetur salutis, nec iam in una tantum gente, sed in toto orbe terrarum predicaretur.

nisi pene submitteretur. Glossa: seu se submitteret.

Quarto et ultimo Opusculo continuo adscripta est Series Definitionum et Axiomatum metaphysicorum de Unitate et Numero, Substantia, Loco et Tempore, quae

an $\lambda\epsilon\psi\alpha\nu\alpha$ Boethiana sint, ignoro. Interim Librarius hac clausula complexus est omnia: *Explicit boecius De Sancta Trinitate.*

Ultima pars libri deposcit premia nummi.

II. fol. 31. succedunt *Tbreni Jeremiae Prophetæ* præmissis *Prothematibus*, ut habentur in *Bibliis glossatis*, Textu in medio luculente et laxè scripto, et utraque *Glossa* minutius circumfuso, in qua *Paschasius Rab.* magnam paginam facit. Sub extremum Nugator quidam adseripit: *Probatio penne saltatio domicelle*; satis opportune ad Lamentationes.

CCCCLIX.

11. 536 Codex membranaceus lat. Sec. XIII. Folior. 55. 4. min. nitidissime exaratus lineis ad recipiendas *Glossas* minuscultas inter se distantibus, et *Scholiis* eodem nitore margini adpietis, quondam *Joh.*

Fabri Ep. Vindob. continet *Anicii Manl. Torq. Sev. Boethii Opuscula Theologica*, prout præter alias extant in Editionibus Opp. omn. *Basileae* 1556 et 70. f. et *Lugd. Bat.* 1671. 8. Inscriptio prima, ut reliquæ omnes, literis quadratis: *Incipit Liber Boethii Quomodo Trinitas Unus Deus Ac Non Tres Dii. Ad Quintum Aurelium Symachum. Illustrum Virum. Consulem. Ex Consulari Ordine. Atque Patricium. Socerum Eius. Prologus init: Inuestigatam diutissime questionem quantum nostræ mentis igniculum &c. Liber vero: Christianæ religionis reuerentiam plures usurpant &c. Letio in paucis abit a *Lugd.* Ita sub finem: *satis factum pro satis dictum,**